

Resurre-
ctio no-
strorum
corporū
est mes-
sis spiri-
tuales.

ræ credidimus ceu semina nobilissi-
ma; ut ait *Psal 126*. Quæ est vox & pro-
missio Dei aut hîc aut in æterna vita
adimplenda. Similiter qui liberos, cō-
jugem, & amicos cum ululatu & plo-
ratu efferunt, eos cogitare par est, id
tempus nunc agi, quo singulorum
corpora feminanda terræq; mandan-
da sint: appetere autem & jam prope
abesse tempus messis, quo messorum
Angeli manipulos nostros colligent &
in horrea conferent. Ibi vero tum ora-
tiones, suspiria & lachrymas nos præ-
misisse magno cum fænore deprehen-
demus: invenientes in Deo quæcun-
que animo concipere aut optare po-
tuissetemus. Maneant ergo omnes Dei
promissiones & hæctenus recensita
argumenta in Christo Jesu in æternum
futura stabilia, implendaq; in singulis
fidelibus ad salutem & lætitiã sem-
piternam, pro qua Deo laudes & gra-
tias immortales sumus acturi.

CAPUT XXXVIII.

DE SEPTEM ADMINICULIS IN-
firmæ nostræ Orationis.

Rom. 8. *Similiter autem & Spiritus
adjuvat infirmitatem nostram*

NAM